

*De AVEVETL & AHOEHOETL, seu Tympano aquo,
Abiete Mexicana. Cap. LXVI.*

NON ob aliud appellata est haec arbores a Mexicanis *Aueuetl*, & *Ahoehoetl*, quam quod iuxta fluminum ripas, ac aquarum fluenta nasci solet, & ex ea Indi tympana, quæ *Ueuetl*, & *Teponaztli* vocant, confluescant parare. et si alij dicant non ob id, sed quia iuxta aquas ab aere tanta, edat fragorem id nomen fortitam; præcipue cum tympana potius ex materia *Tlacuiloquahuitl*, & *Capolinquahuitl* fabricantur. Hispani, qui ad has horas transfrerunt, & Sabinam, & Cedrum ob materie rubrum colorem vocant, at neque Sabinæ, neque Cedri species est villa, sed in Abietum genus citra dubium referenda. nam præter fructum omnemq. faciem, quæ nostræ penitus fauent sententia, materies ut diximus, mollis, ac lenta est, corruptioniq. & vitio abunde obnoxia, maximè si terra defigatur, cum cedrina dicatur esse immortalis, intra aquas namque inter-

gra diutius perseverat, quo factum est, ut consueuerint Mexicanes Heroes, atq; Reges, eam veluti basim, & fundamentum, ædibus quas sibi circa hanc paludem fabricant, subiçere. Demum Micuachanenses *Penlamum* vocant. Sunt autem quatuor, quo adhuc intellexerim, huius arboris differentiae, inter se magnitudine colore, & fructu distantes. Quædam siquidem illarum altissimas *Pinus Abies Mexicanæ I.* longitudine, atque amplitudine superant, & candida esse reperiuntur, carumq. *Maxima II.* nonnullæ quatuor & viginti, aut amplius pedes crassitudine æquant. Aliæ, *Media III.* quarum materia quoque candens est, & rubrum cor, sine medulla, his cedunt magnitudine, & nuces Pinæ resina refertas producunt, sed quæ vulgares *Minor IV.* Oleas minime magnitudine vñficiantur, quas piæstibluit exhibere, quoniā in his ceterarum omnium formas ostendisse, atque expressisse sat fuit. Aliæ his quoque inferiores spectantur, sed rubra materie, & orbiculatore coma. Postremæ & quæ omnium minimæ sunt, vix malos Medicas vulgares vincunt magnitudine, quibus materies rubra est, & candens medulla. Cortice omnes teguntur rubeo; foliaq. ferunt Abietina, etiæ minora, & exiliora. Ex omnibusq. resina, si non sponte, ac flammis liquata fluit. forma esset eadem quæ nostrati Abieti, ni folia, ut diximus, tenuiora, rami depresso, & fastigia, acuminatoria assurgerent; assula in vase fistula coniecta, operataque, igne supposito refinam effundunt, sed neque ea sponte manat, aut quidquam simili

vocato



vocato oleo, quod ebullantibus vesicis, circa stipites Abietum Indicarum (quas tamen à nostratis ne digitum latum discedere quorundam sententia est) erumpere consuevit, stillant. Quibusvis regionibus prouenient, atque ita facile possent transferri ad Hispanos, si circa fluente, stagnante, aut lentè fluentes aquas, viginosauè loca, semine, talea, aut viua radice sererentur. et si omnium minima longè ab aquis, & nasci, & seruari soleat. Toto anno prouenient, totoq. anno resina ab eis euocatur, sed nullo tempore aut loco inueniuntur florere. Ergo sapor huius arboris de qua fit nobis sermo, acris, adstringensq. percipitur, non sine quadam amaritudine, & odoris suavitate.

temperies calens est, sicci ordine tertio: nam & resina eius Abietina longè ^{Refina} acrior, & calidior est, & viribus, ut diximus, vehementior. Cortex vñstus adstringit, sanat ambusta, deliquamatamq., & exefam cutem, cum lithargyrio, & poliline Thuris vñcera curat, ac cicatrice obducit, exceptus cerato myrtino. vñstus cum atramento sutorio serpentina vñcera cohibet. Fætus, ac secundas suffitutrahit, ventrem adstringit, & vrinam euocat. Folia tufa, atque illita crurum scabiei, tumoribusq. medentur, molliunt inflammationes, & ab eis tuentur vulnera, dentium dolores prohibent, si eis colluantur ex acetô. vanos, & citra villam rationem obortos tumores pellunt. sex obolorum pondere ex mulsa epota conferunt hepaticis, fructus, tedaq. idem præstant. Resina huius arboris acerrima est, vehementissimi odoris, & quarto ordine calefaciens. dolores ortos è frigore sanat. morbo articulare è frigida causa profecto mirabiliter celeritate medetur. flatum discutit. dissipat pituita ortos tumores. laxat neruos, qui ab humeribus crassis sunt distincti, & resolutos purgat, atque roborat. Denique eis omnibus prodesse soler, quibus curandis cætera mitiora medicamenta frustra sunt tentata, aut parum proficerunt.

Resinam Abietis etiam commendat Monardes. cap. 10.

De BITONCO. Cap. LXVII.

ARBUSCULA est *Bitoncus* vñcam longa, stipite firme, intus candenti, & virenti, subfuscoc. circa exteriora, folijs ternis, sed eo quod medium est acuminato impensis, ac hastarum mucronibus simili, alijs vero binis, minoribus, & orbicularioribus. Nascitur in Philippicis Sinis. radix alba est, tubaque (de qua suo loco) odora, & calida, siccaq. natura constat ordine tertio, aliquantis per amara, odoraq. & acri. membra laxa, corroborat, & ventriculum, ac caput firmat. radicis tantum est in medicina vñs, qua licet ad strictionem nonnullam preferat, moderate tamen vacuat, citraq. noxam, & anxietatem vñllam, ita ut quam egregium sit, & magno per commendatum alexipharmacum. inter pharmaca quæ vocant Benedicta, posset meritisime collocari, atque recenseri.

D

*De TZOPILOTLZONTE COMATL, seu Capite
Aure. Cap. LXVIII.*

TZOPILOTLZONTE COMATL, seu *Tzopilotl*, arbor est magna, folia ferens longa & angusta, fructum magnum & oblongum, nucleos quosdam planos includentem, amaros, pectori amicos, ac resistentes amygdalarum amararum saporem; et si demum Moschi odorem relinquent, & ingratum saporem. Prouenit *Hoitzoci* ubique, sed præcipue in collibus; nuclei calidi sunt ordine ferè tertio, & oleagine quodam liquore, atque emolliente manantes. demum vires olei amygdalarum amararum videntur referre; atque ita tumores præter naturam discutunt. tussi medentur, emolliunt pectoris. infusi naribus caput expurgant, & ulceribus conferunt. quin. oleum expressum huiusc fructus, faciem feminarum emollit atque extergit.

*De QUAMOCHITL, seu arbore fructus crepitantis III.
Maizio similis. Cap. LXIX.*

SPINIFERA arbos est *Quamochitl*, folia mali Punicæ ferens, paulò tamen obtusioris cuspidis, & capitula in postremis viticulis Epithymo similia, maiora tamen, ac siliquas è purpureo rubescentes, referras nigricanti semi-ne, quod licet edule sit, & grati saporis, halitum tamen inficit, insuauemque conciliat odorem. Nascitur in calidis regionibus, qualis est *Cuaahchinancensis* quibusq. locis. cortex radicis frigida, & adstringenti natura constat, dysenterias, aliosq. fluxus cohibet. folia cum sale ac Siliquastro medentur satiati, cum foliis verò Palmarum abortum coercent. succus semenis instillatus naribus, humores aquosos à capite affacit trahit. Idem præstat puluis, efficaciusq. cum Ruta, adeo ut vermes ulcerum internorum perrrahat.

*De CACALOXOCHITL, seu flore Coruino.
Cap. LXX.*

ARBOR est *Cacaloxochitl* mediocris magnitudinis, folijs mali Medicæ, longè tamen amplioribus, ac frequentibus, à dorso in latera venis di- currentibus. fructus sunt silique permagna & fuluæ. flores magni, pulchriq. & suavis odoris, quorum magnus est vsus. Floridis namque adhibentur manipulis, torquibus, atque corollis, quæ Indis sunt frequentissima, & tam magno in pretio habita, ut neminem quem reuereantur, his in primis non oblati, soleant adire, aut salutare. lacte manat, frigescit, cōglutinat, atq; imposita pectoris dolori medetur orto à calore. medulla eius duarum drachmarum pondere deuorata, emundat ventriculum, & intestina. Plura sunt harum arborum genera, floribus tantu distinta. Sunt enim quæ flores ferant Coccineos, vocenturq. *Tlapalitic Ca-*
caloxochitl. sunt quæ candentes, dicunturq. *Ticaxochitl*. nec desunt aliae, quæ è va- rijs colorum differentijs, varia sortiantur nomina, velut *Tlauhquechulxochitl*,
Hoilyxitl.

*Tlapalitic
Cacaloxo-
chitl.
Ticaxo-
chitl.
Tlauhque-
chulxo-
chitl.*

*Hoilyxitl ayotezli, & si que sunt huiusmodi alie, quæ omnes in regionibus mul-
tis huius nouæ Hispanæ offenduntur. Sunt qui species has omnes *Cacaloxo-*
chitl vocare soleant, afferantq. corticem earum cum cortice *Nanezin*, in pul-
uerem redactum deuoratumq. atque ius decocti bibitum, enixas magnopere
corroborare, atque firmare, quod tamen videtur absurdissimum.*

De CAPOLIN, seu Ceraso dulci Indica. Cap. LXXI.



ARBOR est *Capolin* mediocris magnitudinis, folijs Amygdali, aut *Cerasi nostratis*, minutim serratis, floribus racematis dependentibus, ex quibus acini sunt cerasi nostris, forma, colore, magnitudine, ossibus, nucleis, net non & sapore, (nisi is mororū Bati quadantenus esset) omnino similis, quo sit vt existimem, arbor rem hanc in Ceralorum genera referendam. et si sint quibus videatur ad Lotorum differentias pertinere. Acidi paucisper fructus sunt, & adstringentes. et si iam tempestiu, & exquisitam maturitatem assecuti, dulces evadunt, & magnam austerioris partem amittunt. gustui sunt grati adeo, ut ex quorundam non parum lagacis palati sententia, nostris cerasis non videantur inferiores. temperate calida, siccaque, & non nihil adstringenti natura constat. Fit ex eis panis potioq. in annonæ & vini caritate. nutrimentum præstant melancholicum, & cordi quadantenus inimicum, dentes insicunt nigro colore si quis eis diutius assuecat, sed qui si cura adsit, posit facilè extergi, ac dentifricijs emundari. & tamen non desunt qui cæteris horarijs fructibus etiam vetusti Orbis audeant eos anteponere. Vere floret hæc arbos, fertq. per vniuersam pene æstatem fructum. temperato cælo gaudet, quale est Mexicanum, vbi hæ arbores, in horis campestribusq. locis, & humana diligentia & suapte natura proueniunt. Ius decocti corticis eius insolatum quindecim integras dies, ac deuoratum drachmæ vnius pondere, dysentericos curat. puluis verò eiusdem, argemata discutit, visum clarificat, oculorum inflammationibus opitulatur, ac linguam præ vehementi ardore arecentem lenit. quod etiam germinum liquor, aut succus præstare solet.

Baccæ colore flavo depictæ sunt.

De CALAMAIO. Cap. LXXII.

Calamaio I.

ARBUSCVLAE genus est *Calamaium* duas differentias complexum. Prioris radix colore est extra fusco, intra vero rubescens, binum digitorum crassitudine, & pingui cortice testa, initio insipida, deinde vero modicum ostendente calorem. Alterius radicis color est arentis arundinis, extra intraque sapore, & colore ligni, quod luteum est. folia vtriusque laurini similia sunt, sed valde aspera, vtriusque etiam radicis ramenta ex aqua resoluta, & emplastri modo applicata, tumores praeter naturam discutunt, aut maturant, exterguntque, apertos carne implent, & ad cicatricem perducunt. Curant haemorrhoidum omne genus in oleum iuglandium Indicarum coniecta, illataque post tertium diem calentia adhuc, nec ante adhibita, quam earumdem radicum suffiantur vapore. Exultant Philippicarum insularum fabulosis locis, & mari propinquis.

Calamaio II.

De COCO QUAUHITL vaxacensi Arbore Cardiaca.
Cap. LXXIII.

ARBOR est *Cocos Quahuitl* leguminis folia ferens, & circa circum exortum exiles floculos, ac rubescens succum. frigida, siccaque constat natura. syncopi, & lassitudini dicitur conferre succus se- nunciae deuoratus mensura, semel aut bis singulis quibusque diebus.

De COCONAM. Cap. LXXIV.

ARBOR est *Coconam* stipite fusco, candidis tamen punctis distin- cto, folijs Senz minoribus, floribus in muscarij modum albis, & rubescensibus ex albo. folia tusa, ac resinæ permixta, tinea, ac lichenibus medentur imposita. Haec amara sunt & adstringentia, secundoque excitant & calefaciunt ordine. Nascitur in iugis *Tetzoluce*. Planta insignis est ob duo morborum genera ferè insanabilia, quibus dicitur mederi.

D.

NARDIANT RECCHI LIB. III.

97

De ENGVAMBA.
Cap. LXXV.

ARBOR est *Enguamba* mediocris suburneo cortice vestita, sed luteo, & rubescente, ligno fusco, & pallente medulla. folijs oblongis, & sinuosis, quorum nerui quoque è pallido purpurascunt, infernaq. sunt valde subalbescientia. floribus in corymbi formam dependentibus, qui candescunt è viridi. fructu acinoso nigroque. ex quo oleum exprimitur pallens, tumoribusq. praeter naturam dilutiendis, & persanandis ulceribus mire utile. Nascitur in saxonis locis *Vruape* prouincia *Michuacanensis*.

Oleum.
Enguam-
ba.De TEPEYZQVIXOCHITL, seu TZQVIXOCHITL
montana. Cap. LXXVI.

ARBOR est magna *Tepeyzquixochitl* folijs *Tzquixochitl*, sed maioribus, floribus candidis, calicibus hirsutis contentis, ac in magna muscaria, compositis, odoris tamen expertibus, *Tzquixochitl* quoque florum forma similibus. Frigida natura, siccaque, & adstringenti constat, & sapore paulisper dulci. cortex tritus dolorem ardoremq. gingivarum tollit, easq. ipsas tumentes residere cogit. dentes firmat commansus. & deuoratus duarum drachmarum, pondere, alijs fistit defluxiones. Nascitur *Cocolani*, & *Chietla* calidis re- gionibus.

De YHVIXOCHITL, seu flore pennas avium referente.
Cap. LXXVII.

ARBOR est magna *Rhuixochitl*, folijs oblongis, incurvis, quis per interualla prodeuntibus, ac illis *Pinahuitzli* non dissimili- bus, flore rubeo, pennis avium simili, vnde nomen. Sunt & alia huius *Rhuixochitl* II. arboris genera, quorum alterum flores fert candentes, alterum vero albescen- tes ex viridi, cætera similia. Aiunt Indi, cum, qui ferat secum eius arboris ra- mum, gratum fieri & amabilem cunctis cum quibus inierit consuetudinem, gratiamq. apud Heroes, ac Reges auctupari, obtinereq. quidquid petierit ab eis. quod ad temperiem spectat, folia frigida & adstringentia sunt. febres

I extin-

extinguunt, inhibentque fluxus, floret vere primo, ac calidis humidisque locis prouenit.

De TIZIPERE QVA Lauro Michuacanensi. Cap. LXXVIII.

ARBOR est *Tiziperequa* Persico paulò maior, modicam effundens vim bram, folijs Limonis, crassioribus ac minoribus, odoratioribus, ac gustu magis iucundis quam sint laurina; semine Coriandro simili, sed paulò maiore, primo viridi, ac denum nigro. Arbor est fortassis in Lauri species referenda. Nascitur in frigidis *Tancitari* prouincia *Michuacanensis*, adeoque in ipsius cœnobij viridario. Folia epota ex aqua duarum drachmarum pondere diarrheas sustinunt, illata verò dolores tollunt, tussiq. dicuntur mederi seu ipsa per se sumuntur, sive carnis incocta iure epoto, ferunt opem, sunt enim calida ordine tertio, & impense adstringentia.

De TETLATIA, seu vrenti arbore. Cap. LXXIX.

Phanerodendron
Phanerodendron
F. M. E.

TETLATIA arbor, ab Haitinis *Guao* dicta, est arbor magna, folijs mali Médice, fuluis, hirsutisque, & minimè deciduis, pinguis, molibus, & è viridi in squolidum colorem tendentibus, insignibusq. interuenijs multis, luteis aut flammeis, fructu virenti, Vnedonis forma, & magnitudine. Lac vrentis est naturæ, que fit velumentum ad eam arborem sese confirantibus, atque scalpentibus suani pili, aut si eidem accubant. quin homines aliaue animalia sub illius umbra somnum captantia, incident in pilorum defluuium. lac attacta membra exulcerat, tanta est vis huius Mali, quodq. magis mirere, cortex huius arboris frigidus est, & siccus, nulliusve caloris. & ius decocti eius non modo crita noxam villam epotatur, sed articulorum soluit dolores, & medetur scabiei bibitum aut illitum, ac diarrheas, vt quidam Indi medici assertunt, coérget. quin lac prædictum, lepram, ophiasim, impetiginem, cæterasq. cutis infectiones, si prudenter adhibeatur, exiccat, ulceraq. insanabila curat. Sunt qui affirment, corticem duarum drachmarum pondere redactum in puluerem, ac deuoratum, aluum laxare. quod qui fieri posse non est facile iudicare si diarrheas cohiberet, nisi compresione quadam vacuet, aut omnino exucus adstringat. Nascitur in frigidis montosisq. locis *Tepoztlan*, & calidiora non refugit.

Vix Nerium forte Apocyno congener.

De TLATZCAN. Cupresso fusa. Cap. LXXX.

VOCA NT Mexicanii *Tlatzcan*, seu materiam fragilem, & vitream, eam arborem, quam Latini antiquiores, & inter eos Plinius, *Cupressum fusum* vocare consueuerunt. hanc ergo insignem arbo rem memoratam à gravissimis auctoribus à nullo autem quem nouerim in nostro orbe visam,

describendam statui, tum qua dictum est ratione, tum quod apud hanc nouam Hispaniam, cuius plantas pericitamur, & describimus, est valde familiaris, & frequens quibusq. locis; sed præcipue temperatis, & ad frigus attinentibus seritur viuрадice. Seminavit has arbores, & diligenter curauit excolendas, habendasq. in delicis *Cuitla Hoatzin Izapalape* Regulus. Ergo eadem ei forma, quæ vulgari Cupresso inest, sed patulis ramis, & diffusis ad latera, & ad inferiora pene prospexitibus, unde nomen. eadem etiam natura, sed materies odoratior, neque intelliniſ inutilior operibus. Amat montium cacumina, & acciuia corundem loca, iugaque, & excelsos colles, iucunda prospectus amoenitate exornat. fructum fert toto anno vulgaris Cupressi, sed parvum, & Ponticis nucibus, quas auellanæ quoque vocant, parem. ius decocti bhibitum rigores febrium sedat; ac febres ipsas puluis ex aqua epotus. ceteri verò usus & facultates, sunt quæ cæterarum congenerum arborum.

Thuya sive arboris vite descriptionem habes tum apud Clusum tum apud alios
autores.

De XVMATL, seu Sambuco. Cap. LXXXI.

SAMBVCVS nostras, est *Xumatl* vocata Mexicanis, quæ à Michuacanensisbus *Cumempta* appellatur, arborisq. mediocrem assequitur magnitudinem. cuius folia applicata, aiunt capitis dolorem, à cauſa calida ortum, tollere. fronti verò & naribus, sanguinis fluxum retinere. deuoratam mederi accessionibus, quæ tertio quoque die, quartoq. repetere solent, vacuato fomite morbi per superna, atque inferna. tufam verò, atque admotam afferto loco, dolores ortos à lue Gallica curare, & enixarum mederi torminibus. aiuntq. aquam colatam in quam eius radices iniecta sint, purgare corpus, atque ita diarrheas sistere, & extinguere febres, & alios ventris, stomachiq. solvere morbos, succumq. infusum extergere inrestina.

De PAPATA. Cap. LXXXII.

ARBOR est *Papaya* mediocris magitudinis, folijs magnis fculneis, multis cuspidibus insignibus, fructu oblongo magnoq., gustu quibusdam grati, sed parum commendari nutrimenti, hic lacte manat antequam murescat, impetigini, ac lichenibus viti, succoq. qui iam maturi dolorem ventris sedet. Nascitur ea arbor apud Haitinam Insulam, vbi est longè frequentior. et si eam offenderim quoque apud *Tauhpecenses*, vbi eam curauimus describendam, atque depingendam.



De ACAPATLIS.

Cap. LXXXIII.

ARBUSCULA est Acapalis, hominis altitudine, radice firmata, surculosa, vnde stipes insurgit cauus, laevis, & quadratus, foliis Raphani ornatus, sed crenatis per ambitum, ferre, aut vocatae Dentariae in modum. Florem album, ac fructum nullum afferit. Sapor est amarus, incundus odor, ac vis calefaciens. folia tusa & applicata, lie nem absunt, & eius dolorem sedant. Nascitur apud Panzenenses, ubi etiam vocatur à quibusdam Quan becapalli.



ARBORUM de RIBOR de
quibus superius iam abunde actum est, Na
tura ipsa, que per gradus quasi quodam, in admirabili sua re
rum creatarum omnium scala ascendit & descendit, docet
frutices debere reponi. sub quibus exmixta, sive suffrutices, &
sub his demum herba collocantur. Quid enim magis arbori vi
cinius quam ipse frutex? qui inter lignosas stirpes, altitudine
& crassitudine plane mediocris, ut arbori humiliiter & liben
ter se submittit, sic de inferioribus sibi speciebus, omnium calculo facile triumphat,
& quemadmodum caudicu[m] multiplicitate ab arborum ille simplicitate discrepat, sic
horum stolonumq[ue] luxuria per abscissionem arte factam coercita, in arborum facile
transcedit, cum ipso presentim perennitas vita suffragetur. Quare minimè mirum
est si Author nosler post arbore, statim in hac terria parte ad frutices adeo ipsis vici
nos, & suffrutices simul descendere voluerit. Illud magis mirum videri alicui pos
set, quod licet ab ipsis, fruticum series satis exacte suis circumscribatur limitibus, cre
morum, tamen sive suffruticum tractatio, satis multas herbas ex insimo genere, non
sine specierum diuisione notabilis, includere simul videatur: nisi hoc ipsum Authorem
excusat, crenatum ita ambigere inter fruticem & herbam, ut aliquando ad hanc ma
gis, aliquando ad illum potius accedere competratur.



RERVM MEDICARVM NOVAE HISPANIAE NARDI ANTONII RECCHI Liber Quartus.

FRVTICES ATQVE SVFFRVTICES EXPOSIT.

IOANNIS TERENTII LYNCEI PRAEFATIO.



O S T arbores, de quibus superius iam abunde actum est, Na
tura ipsa, que per gradus quasi quodam, in admirabili sua re
rum creatarum omnium scala ascendit & descendit, docet
frutices debere reponi. sub quibus exmixta, sive suffrutices, &
sub his demum herba collocantur. Quid enim magis arbori vi
cinius quam ipse frutex? qui inter lignosas stirpes, altitudine
& crassitudine plane mediocris, ut arbori humiliiter & liben
ter se submittit, sic de inferioribus sibi speciebus, omnium calculo facile triumphat,
& quemadmodum caudicu[m] multiplicitate ab arborum ille simplicitate discrepat, sic
horum stolonumq[ue] luxuria per abscissionem arte factam coercita, in arborum facile
transcedit, cum ipso presentim perennitas vita suffragetur. Quare minimè mirum
est si Author nosler post arbore, statim in hac terria parte ad frutices adeo ipsis vici
nos, & suffrutices simul descendere voluerit. Illud magis mirum videri alicui pos
set, quod licet ab ipsis, fruticum series satis exacte suis circumscribatur limitibus, cre
morum, tamen sive suffruticum tractatio, satis multas herbas ex insimo genere, non
sine specierum diuisione notabilis, includere simul videatur: nisi hoc ipsum Authorem
excusat, crenatum ita ambigere inter fruticem & herbam, ut aliquando ad hanc ma
gis, aliquando ad illum potius accedere competratur.